UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Syllabus Authorum omnium qui honorificam de R. P. Diana per decem ejus Coordinatos Tomos mentionem fecerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76393

Visual Library

# SYLLABUS
## Authorum omnium qui honorificam de R.P. DIANA per decem ejus Coordinatos Tomos mentionem fecerunt.

### A

ACacius de Ripol *tr.de Regul.cap.* 11.*n.* 11.Non debebat venerabilis, & doctiſſimus Diana tantopere mirari me de dictis.

Adami Tanneri Societ. Ieſu *in Summam D. Thom.*

Adami à Mauden *diſcur.in Decalogum.*

Ægidij Coninc. Societ. Jeſu *de Sacramentis*. Item *de fide, ſpe, & charitate*. Item *Reſponſio ad diſſertationem impugnantem abſolutionem moribundi.*

Albertus de Albertis Societatis Jeſu *In Paradoxa moralia diſp.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. Huic veritati obluctatum apertè Diana, vir ſanè doctiſſimus juxtaque humaniſſimus.

Idem *ibid.c.* 5.§.8.*n.* 118.Quamobrem benignè inſpectandũ iudico, quod eruditiſſimus Diana aſſeruit.

Alexandri Peregrini Regularis Clerici *tractat. de Duell.* Item *de Immunitate Eccleſiarum.* Item *ſcholia ad Privilegia Religionis Cleric. Regularium.* Item *commentaria ad conſtitutiones Cleric. Regularium.*

Alexandri Ambroſini *de immunitate Eccleſiaſtica ſuper Bullam Greg.*

Alexandri Peſantij *tract. de immunitate Eccleſiaſtica.* Item *in ſummam D. Thom.*

Alexandri Carrerij *de ſponſalibus & matrimonio.*

Alonſi de Vega Ordinis Minorum *Summa caſuum conſcientiæ.* Item *ſpeculum Parochorum.*

Aloyſij Turriani Societ. Jeſu *in* 2.2. *D. Thomæ de fide, ſpe, & charitate.* Item *de Iuſtitia & iure.* Item *de Pœnitentia & cenſuris.*

Aloyſij Riccij *Deciſiones Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ.* Item *Praxis fori Eccleſiaſtici.* Item *Collectanea omnium deciſionum.*

Aloyſij Bariola *flores inquiſitor. & conſilia moralia.* Item *Aphoriſmi Caſuum conſcientiæ.*

Alphonſus de Leone Clericus Regularis *tract. de Capellaniis, quæſt.* 6. *ſect.* 10.*num.* 100.Unde doctiſſimus Diana neceſſe eſt, ut intelligat id eſſe prohibitum in decreto. Item *Recollect.* ſeu *tr. de Iubilæo.* Item *de Officio & poteſtate Confeſſarij.*

Idem *de Conſ.recollect.* 5.*num.* 126. Turrianus vocat hanc ſententiam probabilem, & non Diana, prout Manriquez ferro ſolita ſua animoſitate contra hunc famigeratiſſimum Authorem falsò illi attribuit: addens Dianam frequentiùs approbare benigniores opiniones: quod argumentum nihil efficere illum poteſt; quia illud non ſolum non neget ipſe Diana, ſed glorianter profitetur in fronte ſuorum voluminum, ſe ut plurimum reſolvere caſus conſcientiæ, quod in ſingulis ſuis Reſolutionibus, non ex ſua, ſed aliorum ſelectorum Authorum opinione, cum communi plauſu exequitur.

Alphonſi Vera cruz *ſpeculum coniugatorum.*

Alphonſi Regij Auguſtiniani *Reſolutiones caſuum conſcientiæ.*

Alphonſi de Madrig. *Tract. de Epiſcopis Parochis, Confeſſariis, &c.*

Alphonſi de Villagut Benedictini *Tract. de rebus Eccleſiæ non ritè alienatis.* Item *Allegatio in eadem materia.* Item *de vſuris.*

Alphonſi de Mendoz. Aug. *Controverſiæ Theologicæ.*

Alphonſi Curiel *Commentaria in* 1.2. *Divi Thomæ.*

Alphonſi Narbona 3.*pars Recopilationum legum Hiſpaniæ.*

Andreæ Caſtaldi Clerici Regularis *Praxis ceremoniarum.*

Andreæ Molfeſij Clerici Regularis *Summa Caſuum Conſcientiæ.*

Andreæ Victorelli. *Notæ ad manuale Navarri.* Item *de Sacramento Extremæ-Unctionis.*

Andreas Capanus *de Iure Adohæ quæſt.* 62. *num.* 11. fateor tamen, quod P. Diana omnia ferè optimè reſolvit, maxima cum ingenij perſpicuitate, & acumine, prout in præſenti caſu, in quo largam opinionem profert, & hoc cum maximo iudicio, propter evitanda peccata.

Andreas Lanfrancus *in Opuſculis tomo* 2. *opuſc.* 1.*c.*4. *n.* 15.Quamplures refert accuratiſſimus in recenſendis auctoritatibus P. Diana.

Angeli de Clavaſio *Summa caſuum conſcientiæ, dicta ſumma Angelica.*

Angelus Maria Verricelli *in quæſtionibus moral. tr.* 2.*q.*28.*n.*15.Ita doctiſſimus Diana.

Idem *ibid. tr.*4.*q.*27.*ſect.*7.*n.*69.In re autem morali plurimum debemus noſtro P. Antonino Diana, nam ejus induſtria, multæ opiniones evaſerunt probabiles, quæ antea non erant.

Antonij de Eſcobar *Examen Confeſſariorum.*

Antonij Corduba *Quæſtionarium Theologicum.* Item *Deciſiones caſuum conſcientiæ.* Item *Expoſitio in Regul. fratrum Minorum.*

Antonij Fernandez Societatis Jeſu *Inſtructio Confeſſariorum.*

Antonij Naldi Clerici Regularis *Summa caſuum Conſcientiæ.*

Antonij Sanctarelli Societ. Jeſu *Reſolutiones variæ.* Item *tractatus de hæreſi.* Item *de Iubilæo.*

Antonij de Souſa Dominicani *Relectio in Bullam Cœnæ.* Item *Aphoriſmi inquiſitorum.*

Antonij Lazarij *Quæſtiones Canonicæ, ſive de monitoriis.* Item *tractat. de Blaſphemia.*

Item *de Apoſtolicis miſſionibus, poſt tract.*18.*in appendice. quæſt.*11.*num.* 4. Primò moveor authoritate doctiſſimi Patris Diana, qui *part.*11.*tract. reſolut.*23. Improbabile cenſet, poſſe Sinenſe ob Regiam aulam

caſtrare ſuos infantes, poſtquam enim in typis impreſſa erat ea quæſtio 197. de Eunuchis optatiſſima pars undecima P. Diana ad manus devenit; optatiſſima inquam, nam tanti Doctoris ſcripta aureis literis exaranda, ſæpiſſimè cùm evolvo, effectuoſe deoſculor, etenim in denſiſſimis difficultatum tenebris, cæterorum Authorum cum opere deſpondi, Diana clariſſimam lucem irradiat, abditarum authoritatum, ac rationum theſauros indicat, & ſemper Dianam ſe, Lunam, & noctilucam præſtet, quare omni ævo, toto Orbe, ejus doctrina moralium difficultatum *Nox ſicut dies illuminabitur.* Itaque tanti viri authoritatis ab ea opinione aſſerenda probabili me abſterruit.

Antonij Ricciulli *tract. de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ græmium exiſtentium.*

Antonij Raguccij *Lucerna Parochorum.* Item *Vas Eccleſiaſticæ diſciplinæ.* Item *tractatus de officio Canonicorum.*

Antonij Gomez *tract. in Bullam Cruciatæ.*

Antonij de Literatis *Summa caſuum conſcientiæ.*

Antonij Salvatore *tract. de recurſa & contin. Cambiorum.*

Antonij Ruſſi *manuale definitionum.*

Antonius de Leon *in quæſtione de Chocolate part.* 1. §. 1. *n.* 4. Aun oy ſe puede ſeguir eſta opinion, conſta de Antonino Diana, que ſiendo el ultimo, que ha eſcrito la en lo moral, y con la prouocacion, y con eſtimacion que ſe ſabe, la pone por probable.

Antonius Eſcobar & Mendoza Societ. Ieſu *in Theol. moral. lib.* 5. *cap.* 6. *ſect.* 2. *problem.* 35. *n.* 133. Miror quidem Antoninum Dianam virum eruditiſſimum, primam ſententiam Doctorum, communem eſſe affirmare.

Idem *in Theolog. moral. parva editione, vltim. tractat.* 1. *examen.* 1. *cap.* 12 *num.* 93. Scio communem eſſe ſententiam non peccare ſubditos, qui legem ſine cauſa non recipiant, de quo eruditiſſimus Diana *part.* 5.

Archangeli & Rubeo *de Sacramentis in 4. ſentent.*

Arnaldi Albertini *de Hæreticis.* Item *de Secreto.* Item *de Agnoſcendis aſſertionibus Catholicis & Hæreticis.*

Arnaldi Albertini *opera.*

Arſtreæ Valenſis *Paratita Decretalium.*

Aſcanij Tamburini *de Iure Abbatum.*

Auguſtini Vigiani *diſputationes de Immunitate Eccleſiaſtica.*

Auguſtini Barboſa *de poteſtate Epiſcopi.* Item *Collectanea Doctorum in Ius Canonicum. De officio Canonicorum.*

Auguſtinus Barboſa nunc Epiſcopus Ugentinus *de Poteſt. Epiſc. edit. Lugd. anno* 1641. *part.* 2. *alleg.* 6. *n.* 4. tenet Laym. & noviſſimè amicus meus doctus Diana.

## B

BAltazaris Gomez de Ameſcua, *tractatus de Poteſtate in ſeipſum.*

Barnabas Gallego *de vera Ordinis Prædicatorum in Bulla Cruciatæ cap.* 9. *dub.* 115. No por que he advertendo contra Antonino Diana dexo de venerat los mua lucidos trabaios deſte Author, que ſin duda tiene grandes noticias de la Theolog. moral.

Bartholomæus à Sancto Fauſto Ordinis Fulienſis *de Sacramento pœnitentiæ lib.* 4. *quæſt.* 173. Pœnitens quando bona fide maiorem numerum peccatorum expreſſit non tenetur repetere confeſſionem, & ita tenet ſapientiſſimus Diana.

Bartholomæi Fumi *Summa caſuum conſcientiæ, dicta ſumma armilla.*

Bartholomæi Ledeſma *tract. de Sacramentis.*

Bartholomæi ab Angelo Dominicani *Examen Confeſſariorum, ac Ordinandorum.*

Bartholomæi Ugolini *tractatus de Cenſuris.* Item *in Bullam Cœnæ.* Item. *de Vſuris.* Item *de Simonia.* Item *de Irregularitate.* Item *Reſponſiones ad Tractatum Theologorum.* Item *Reſponſiones ad Iuriſconſultos Gymnaſij Patauini.* Item. *de Iuſtitia monitorij Pauli V.* Item. *de Poteſtate Epiſcopi.*

Bartholomæi Gyptij *tract. de Caſibus reſervatis.*

Bartholomæi Salonij Auguſtiniani *commentaria de Iuſtitia, & Iure in* 2. 2. *D. thom.*

Bartholomæi à S. Fauſto Congregationis Fulienſis *ſpeculum Confeſſariorum.* Item *de horis Canonic.* Item *de Iubilæo.* Item *Theologia moralis.*

Batholomæi de Vecchis Capucini Praxis obſervanda in admittendis nouitiis.

Bartholomæi Medina Dominicani *Summa,* ſive *Inſtructio Confeſſariorũ.* Item *in p.* 2. *D. Thom.* Itẽ *in* 2. 2.

Bartholomæi Gavanti *Commentaria in Rubricas miſſalis, & Breviarij* Item *Praxis Sinodi Diœceſan.* Item *Enchiridion Epiſcoporum.*

Baſilij Pontij Auguſtiniani Theologi Eminentiſſimi, *tract. de matrimonio.* Item *de Impedimentis matrimonij.*

Bernardi Diaz *Practica criminalis, cum annotationibus Salzedi.*

Bernardi Comenſis *Lucerna inquiſitorum cum annotationibus Franciſci Pegnæ.*

Bernardi Juſtiniani Clerici Regularis *tract. de Cambiis.*

Bernardini Sandoual. *tr. de Officio Eccleſiaſtico.*

## C

CÆſar Carena *in tract. de offic. Sanctiſſ. Inquiſitionis* 1. § 11. *num.* 68. Videatur de tota hac materia P. Diana de hoc noſtro Tribun. S. Officij optimè meritus.

Caroli de Graſſis *tractatus. de effectibus Clericatus.*

Caroli Macigni *tract. de horis Canonicis.*

Caroli de Graſſis *Regalium Franciæ libri duo.*

Carolus Baucius *in* 2. *edit. ſuæ prax. confeſſarior. fol.* 23. Reſpondetur ex Caietano, & aliis citatis à Sapientiſſimo Diana.

Carolus Antoninus Bottiglierus *in tract. de Succeſſ. ab inteſtato Theorem.* 66. *n.* 1. Ad quod videndus eſt laborioſus & doctus P. Diana.

Carolus Malletus Ciſtercienſis *in Theolog. moral. tom.* 1. *Epiſtola ad lectorem.* Nuper hac eadem ſuper materia luculenter ſcripſerunt Eminentiſſimus Cardinal. d Lugo, & doctiſſimus Antoninus Diana.

Carolus Thomaſius *in ſuis Quodlibetis Theologicis quod l.* 4. *ſchol.* 10. *num.* 2. Ex qua Doctrina, ex quibus principiis, noſter Pater meuſque magiſter Pater Diana cuius in omnem terram exivit ſonus laudis, & in fines orbis terræ codices ejus *in p.* 11. *tract.* 4. multos varios, & veriores caſus mirabiliter deducit.

Caſtillus Sotomajor de tertiis debitis Hiſpaniarum Regibus, *cap.* 41. *num.* 181. Antonini Diana ſcripta, & Reſolutiones morales vtiles, & neceſſarias eſſe à ſingulari eruditione, authorúmque lectura edita fatemur libenter.

Caſtilli de Bobadilla *Politica.* Hiſpano Idiomate conſcripta.

Chriſtophori Anguiani *tract. de ligibus.*

Claudij Soleri *tract. de Iuridica Poteſtate Confeſſariorum.*

Claudij Catnini *tr. de vi, & poteſtate legum humanarum.*

Cæleſtinus

Cæleſtinus Sueſſionenſis Tertij Ordinis Sancti Franciſci, *in Compend. Theolog. moral. tract. 3. cap. 10.* De hac materia multa ſcitu digna refert Diana vir doctiſſimus, ex cujus doctrina, quæ hîc trademus, deſumpturi ſumus.

Collegij Bononienſis *Reſponſum pro libertate Eccleſiaſtica.*

Conſtantinus de Caſtro Mortarienſis Canonicus Regul. Lateranenſis *in collect. Theolog. moral. tract. 4. ſect. 1. cap. 100. art. 2.* §. Ita Doctores quos citat & ſequitur doctiſſimus Diana.

Coſmæ Philiarchi *de officio Sacerdotis.*

D

DAniel *de nobilibus in ſelect. controverſiis, diſp. 62. num. 31.* contra communem ſententiam videtur mihi ſentire eruditiſſimus Diana, dum dixit ſibi non videri has leges ex æquo reſpicere Clericos, ac Laïcos.

David à Mauden *in Præcepta Decalogi.*

Didaci Covarruviæ *Opera omnia.*

Didaci Alvarez Dominicani *in p. 2. D. Thomæ.*

Didaci Nugni Dominicani *de Sacramentis in 3. p. D. Thom.*

Didacus Antonius Frances *in Paſtore interno ad finem operis in Appendice*, §. 1. Nonus tomus eruditiſſimi, & laborioſiſſimi Reverendi Partis Antonini Diana, ſerò, ſed bona ſorte ad me delatus eſt, illum prælegi, & ſpicelegium iſtud, quod Sparta noſtra potuit locupletari hic apponere, & in appendiculum referre judicavi, quam margines infercire, & Lectores meos hac nova lucubratione, & graviſſimi viri authoritate judicioque privari.

Idem *in paſtorali Regul. part. 3. voto* 8. Romæ Orbis Caput tenet Religioſiſſimum, mihique ante alios Chariſſimum Patrem Antoninum Diana divinioris ſapientiæ anteſignanum, & in primis ejus Theologiæ, quoad mores ſpectat, ac jura componit, noſtra ætate facile principem.

Didacus de Marbona *in Annalibus juris num. 10. cum dim. quæſt. 8. num. 6.* Idem docet Riccius Ochagavia, Marcerus, & Caſtrus Palaus, quem refert, & ſequitur eximiæ litteraturæ vir Antoninus Diana.

Idem *in tract. de ærat. ad Omnes hum. act. req. an. 11. quæſt. unic. num. 3.* Quamplurimos Authores enumerat ſolertiſſimus vir Antoninus Diana.

Didacus Treaſmiera quæſitor fidei in Regno Siciliæ *de Polygamia lib. 3. quæſt. 2. num. 49.* quam rationem attigit doctiſſimus Diana.

Directorium Inquiſitorum *cum Commentariis Franciſci Pegnæ.*

Dominici Soto *in 4. ſent.* Item *de Juſtitia & Jure:* Item *de tegendo ſecreto.*

Dominici Bannez *de Fide, Spe, & Charitate.* Item *de Juſtitia & Jure.*

Domitij Chamerota *tract. de Sacram.*

E

EMmanuëlis Rodriquez Franciſcani *commentaria in Bullam Cruciatæ & ſumma caſ. conſcientiæ*, noviſſimè hiſpano idiomate conſcripta & aucta, Item quæſtiones regulares.

Emmanuëlis Sà Societatis Iesu, *cum notis Victorelli.*

Eraſmi à Chokier, *tract. Juriſdictionis ordinariæ in exemptos, illorumque exemption. ab ordinaria Juriſdict.*

Evangeliſtæ Roris *Examen ordinand.*

F

FErdinandi Matutæ *Reſponſum pro vectigali ſerico.*

Ferdinandi Caſtri Palai Societatis Ieſu *opera moralia.*

Flaminij Pariſij *tract. de reſignatione beneficiorum;* Item *de confidentia beneficiali.*

Flavij Cherubini *compendium Bullarum S. P. cum Scholiis.*

Franciſcus Bardi ſtudiorum Præfectus in Collegio Panormitano Societatis Ieſu, *In Bullam Cruciatæ, part. 2. tract. 2. cap. 4. ſection. 2. num. 12.* Partem affirmativam complexi ſunt quamplures, ut Suarez, Coninch, Fagundez, Layman, & peritiſſimus Diana.

Idem *ibidem, tract. 3. cap. 4. ſect. 4. num. 34.* P. Diana diligens, caſuum Moralium, & practicabilium ſcrutator.

Idem *in ſelectis, lib. 7. quæſt. 13. num. 14.* quam ſententiam doctiſſimus, & amiciſſimus Diana, ut probabilem, & tutam ſuſtinet.

Franciſcus Bordonus S. Officij Parmenſis Conſultor Tertij Ordinis S. Franciſci *in conſil. Regul. tom. 2. reſol. 80. num. 30.* Id optimè probat in moralibus verſatiſſimus Diana.

Idem *in controverſ. moral. controv. 7. n. 5. De materia Immunitatis Eccleſiaſticæ*, vide Dianam *in ſuis operibus*, qui abundè, clarè, & optimè in favorem Eccleſiaſticorum dixit; quidquid ferè dici poteſt, ita quod in hac materia nihil amplius deſiderari poſſit.

Franciſcus Ceſpedes clericus regularis *de exempt. regular. cap. 11. dub. 217. n. 1.* negativè reſpondent Henriquez, Sanchez, Tamburinus & celebris Diana.

Franciſcus Maria Maggius *in Diſquiſit. Aſceticis cap. 22. §. 7. n. 26.* Antoninus Diana inter morales Theologos hujus ævi ſuo jam nomine præſtantiſſimum lumen.

Franciſcus Maria Pratus *practic. obſerv. tom. 1. obſer. 41. n. 7.* Hanc eſſe communem opinionem, refert poſt plures admodum Reverendus & doctiſſimus vir. P. Antoninus Diana hujus ætatis ornamentum.

Idem *in reſponſ. de ludo ſcacchorum §. nec tamen,* &c. Quam ſententiam apertè ſuſtinet mihi ſemper honorandus Pater Diana ſummum Europæ decus.

Idem *in annotat. ad Paſchalem de viribus Patriæ poteſt. part. 1. cap. 9. num. 33. §. at non, fol. 391.* Cujus rei accepta occaſione inſignis noſter Pater Antoninus Diana maximæ in toto Orbe authoritatis ob ejus doctrinam, prudentiam vitæ integritati adjunctam, quam Egregia literarum monumenta poſteritati tradita, ita clarè teſtantur, ut eum ſupra omnem ingenij aleam poſitum eſſe nulli addubitaverint tradit, &c.

Idem *ibid. p. 3. c. 2. n. 50. fol. 461.* Quam deciſionem imprimi curavit P. Antoninus Diana literariæ Univerſitatis ornamentum.

Idem *ibid. p. 2. cap. 3. n. 63. fol. 260.* Supervenit poſtea Decimus Tomus nunquam ſatis laudati P. Antonini Diana.

Idem *ibid. p. 4. cap. 6. num. 1. §. eſt etiam, fol. 49.* In injuriis minoribus per occiſionem reſiſtere, non licet effluenter eruditiſſimus P. Diana.

Idem *in lib. Reſponſ. crimin. ad Reorum defenſam, reſponſ. 13.*

Nec parvi ponderis apud me eſt apud omnia Europæ tribunalium ſubſellia magnam vim facere authoritatem Reverendiſſimi P. Antonini Diana Clericorum Regularium Religionis ornamenti com-

munis præceptoris, ac me præcipui, cui plurimum me debere, ac poſteritatem debituram, nemo eſt qui inficias eat. Etenim præter incomparabiles vitæ mores literarum ſtudiis, ingeniique ſui monumenti, tum ad praxim, cum ad Theoriam accommodatis orbem edocuit, &c.

Idem *ibid. reſp.* 25. Præceptor noſter, tum doctrina, tum vitæ integritate conſpicuus P. Diana.

Idem *ibid. reſp.* 40. Ita tenet Hurtado, quem doctè & eruditè de more adducit P. Diana, noſtri ævi decus.

Franciſcus Pelizzarius Societatis Ieſu *tom.* 2. *Man. Regul. in Epiſt. ad Lectorem, ſub nomine Typographi.* R. P. Antoninus Diana vir ob plures, & eruditos Codices editos, non ſolùm Urbi, ſed etiam univerſo Orbi celeberrimus.

Franciſcus Salernus Panormi Vicarius Generalis *lib.* 1. *conſ.* 12. §. 3. *n.* 26. Quam ſanè rem tetigit doctiſſimus Diana, cujus Codex poſtquam hæc ſcripſeram ad manus meas pervenit.

Franciſci de Sola Franciſcani Theologi Eminentiſſimi *commentaria ſuper Bullam Clem. VIII. de largitione munerum.* liber vere aureus, ex quo multa deſumpſi *in tract. de paupertate Religioſa.*

Franciſci Sylvij lectoris publici in Academia Duacen. *in* 2. 2. *D. Th.* & *in* 3. *parte.*

Franciſci de Pitigianis Franciſcani *in* 4. *ſent.* Item *Pract. Criminalis Can.*

Franciſci Zipæi *Ius novum Pontificium.*

Franciſcus Staybanus *in Theolog. moral. princ.* 18. Quod ſit contractus docet Diana, (illi inquam) P. Diana, qui morali diſciplinæ talem addidit ſplendorem, ut quæ priùs aliorum doctrina latebat ingeniis eorundem diverſitate opinionum patefacta ita clareſcit, ut humanus intellectus nativa gaudens ingenuitate, ad determinatam ſententiam ipſi fortaſſe improbabilem non arctetur amplectendam. Imò hac ſua induſtria ita animarum conſuluit juvamini, ut ſi, quod illis prius lethali aſcribebatur facinori, eo quod ſolum damnantium ad culpam opinionem gnaris peccati ſe putabant reas aliorum, deinde qui talem non agnoſcebant labem revelata per ipſam opinione, qui prius lethaliter peccaturus ruebat, exiſtimati inſiſtens delicto, in tali immunis labe, noſtri Diana auxilio, fortunatus evadit. Hujus igitur doctiſſimi, eruditiſſimi, ac meritiſſimi viri laudes rudi calamo enunciare minimè valens, ſilentio potius, me de eodem dicere non poſſe, quod vellem ſignificante potius quam loquela ad diſcendum inepta ejuſdem encomia demonſtrabo.

Idem *ibid. princ.* 148. Ita tenet Diana, & dat rationem hic doctiſ. Author, & ſuprema ab omnibus laude extollendus. Etenim adeo arcanam protulit in morali diſciplina doctrinam, ut aliis retroactis temporibus, non ita perviam, imò penè omnibus ignotam, noſtro ævo (aliorum purgata inſcitia) reſervaverit, utinam diu vivat! ut continuo lucem doctrinæ promanans moralis, cæteros in motibus componat.

Franciſcus Torreblanca *in pract. Iuris ſpiritualis lib.* 15. *cap.* 5. *n.* 54. Communis Authorum ſententia terruit, ne in meam veniret opinionem eruditiſſimum Antoninum Diana, S. Inquiſitionis Regni Siciliæ Conſultorem.

Franciſci Ortiz Franciſcani *ſumma caſuum conſcientiæ.*

Franciſci Toleti Soc. Ieſu *ſumma cum notis Victorelli.*

Franciſci Suar. Soc. Ieſu, *opera omnia.*

Franciſci Coriolani Capuccini *tr. de caſib. reſervat.*

Franciſci de Alcozer *Confeſſionarium,* Item *ſumma & tract. de ludo.*

Franciſci Coquetij Dominicani *Diſcertatio de Confeſſione per literas ſeu Internuntium.*

Franciſci de Avila *Diſſertatio de Confeſſione per literas, ſeu internuntium.*

Franciſci Aponte Clerici Regularis *tract. de poteſtate Proregis.*

Franciſci Molini *tract. de ritu nuptiarum & pactis in matrimonio conventis.*

Franciſci Galetti *Margarita caſuum conſcientiæ.*

Franciſci Victoria *Relectiones,* Item, *ſumma Sacramentorum.*

Franciſci Merolla *Diſputationes in univerſam Theologiam moralem.*

Franciſci Ripa *tract. de Symonia.*

Franciſci Ghetis *Theologia moralis.*

Franciſci Berti *Reſol. ſuper Miſſam.*

Fructuoſi Biſbe *tract. de Comediis.*

Fulgentij Pinelli *Lectura de horis Canonicis.*

## G

GAbrielis Pereira *tract. de manu Regia, pars* 1. 2. & 3.

Gabrielis Vaſquez Soc. Ieſu, *opera omnia.*

Gabriel de Henao Societatis Ieſu *de ſacram. Euchar. diſp.* 14. *ſect.* 4. *n.* 35. Antoninus Diana inſignis amplificator Theologiæ moralis.

Gaſparis Hurtado Societ. Ieſu *de Matrimonio & de Cenſuris.*

Gio Pietro Creſcentio *nell' Arſenale de Religioſi p.* 3. *del preſidio Romano lib.* 2. *fol.* 54. *col.* 1. Da per tutto ſi ſono riſtam pati gli otto volumi delle reſolutioni morali d'Antonino Diana da Palermo, vive in Roma eſaminatore de Veſcovi, e tutta via và ſcrivendo con molta fama,

Idem *ibidem fol.* 66. *col.* 2. Il P. Antonio Cottono ſiegue in tutto, e per tutto la dottrina del P. Diana ſplendore del noſtro ſecolo.

Gregorius Gobat Societatis Ieſu *Theſauro Indulgent.* 2. *cap.* 7. *quaſt.* 16. *num.* 324. Ita poſt Silvium Diana, cujus apud me magna in ejuſmodi dubio authoritas.

Idem *ibid. cap.* 26. *q.* 71. *n.* 533. Accedit recentiſſima declaratio SS. D. N. Cujus omni exceptione major extitit celeberrimus Doctor Antoninus Diana.

Idem *ibid. cap.* 38. *q.* 105. *n.* 681. Sicuti nixus authoritati tam præclaræ de re morali meriti Dianæ reſpondi per literas interrogatus.

Idem *in Vindiciis Theolog. contra Manriqvez Ferro ſect.* 13. *num.* 829. de Diana quem arguit Manriquez, fateretur puto ſi ipſe decem Dianæ partes evolviſſet, eſſe ab hoc placidiſſimi ingenij viro, plurimas juridicas quæſtiones, tam peritè & ex propriis juris principiis reſolutas, ut ſi iis in unum volumen redactis inſcriptum eſſet Manriqueanum nomen omnes qui eum legerent pronunciaturi eſſent. Authore Manriquez in eo volumine tueri egregiè Iuriſconſulti nomen.

Gregorij Pollachi *tract. de Iubilæo,* Item *de poteſtate Prælatorum Regularium.*

Gregorij Servantis *Defenſio Immunitatis Eccleſiaſticæ.*

Gregorij de Valentia Societatis Ieſu *in Divum Thomam.*

Gregorij Sayri *Clavis Regia,* Item *de Cenſuris.*

Gregorij Martinez Dominicani *Commentaria in* 1. 2. *D. Thomæ.*

Guillelmi Cantarelli *quæſtiones in Decalogum.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## H

HEctoris Felicij *tract. de Societate.*

Henriquez Societ. Jeſu *Summa.*

Henriquez de Villalobos Franciſcani *Manuale Confeſſariorum,* Item *Summa caſuum conſcientiæ.*

Hieronymus Ferrantinus Societatis Jeſu *de ſcandalo, & correctione Fraterna, diſp.*1. *q.*27. *num.*14. Ita Diana, cujus tanti Authoris opinio quamvis pro viri Religioſi affectu dicta ſit, habet nihilominus difficultates.

Idem *ibid. q.*77. *n.*3. Præter alios quos citat eruditiſſimus P.Diana.

Hieronymus Garzia *in Summ. moral. tract.*3. *diffic.*1. *dub.*4. *punct.*4. *n.*20. & ſæpius alibi. Eſto ultimo parece ſentir Guanto, y le ſigue el gran Caſuiſta de nueſtros tiempos Diana.

Idem *ibidem tract.*1. *diffic.*1. *dub.*2. *num.*3. A los quales añados Corneyo, y el gran Caſuiſta deſtos tiempos Diana.

Idem *ibidem tract.*2. *diffic.*4. *dub.ult. punct.*1. *n.*4. Eſto ſupueſto, entra la queſtion en la qual el gran Caſuiſta de nueſtro tiempo Diana dixo, &c.

Idem *ibid. tract.*1. *diffic.*5. *num.*3. De lo dicho ſe collige, quam injuſtamente ſe quexanlos que ſienten, que en materias morales aya diverſidad de opiniones, porque con la variedad de opiniones ſe haze mas ſuave el yugo de Chriſto, porque quiza ſi en las materias morales no huviera ſino un camino quedaran mucho mas peligroſo à las concientias, que favorable: pues apretarias demaſiadamente, es affligir, y à tormentar à las almas temoroſas, y llenarias de eſcrupulos; y no ſe puede negar ſino que en eſto hà andado muy bien Diana aunque algunos poco doctos han venido à dezir que hà enſinchado las concientias y dado licencia para pecar. Pues es cierto, que no en ſeña opinion, que no ſea probable *per principia intrinſeca, aut extrinſeca,* y aſſi ſin razon le calumnian.

Hieronymi Cenedo Dominicani *de paupertate religioſa.*

Hieronymi Campanili *Diverſorum Juris Canonici.*

Hieronymi Gonzalez *gloſſema in Regulas Cancellariæ.*

Hieron. Sorbo Capucini *compendium Privilegiorum Mendicantium.*

Hieronym. Cevallos *tract. de cognitione per viam violentiæ in cauſis Eccleſiaſticis.*

Hieronymi Veneri *examen Epiſcop.*

Hieronymi Llamas *Summa, ſive Inſtructio Confeſſariorum.*

Hieronymi Pharaoni Benedictini *tract. de Sacram. pœnitentiæ & de reſtitutione.*

Hieronymi Onuphrij *opuſculum de ſigillo confeſſionis.*

Hieronymi Rodriquez *compendium quæſtionum Regularium.*

Homoboni de Bonis Clerici regularis S. Pauli *Examen Eccleſiaſticum,* Item *tract. de caſibus reſervatis,* Item *de ſtatibus humanæ vitæ,* Item *Concilia.*

Horatij Gambaruptæ *tract. de caſibus reſervatis.*

Hyacinthus Donatus Dominicanus *in praxi Regular. tom.*1. *tract.*13. *q.*20. *n.*6. ſi Epiſcopus prohiberet ne fiat acceſſus ad locum exemptum, tunc incurreretur in cenſuram, ita Covarruvias, & Doctiſſimus P.Diana.

Idem *tom.*1. *tract.*6. *q.*6. *n.*1. Quidam probabiliter dicunt poſſe & debere puniri à Prælatis Religionis, ita cum aliis citatis doctiſſimus P.Diana.

## I

IAcobi de Graffis *concilia,* Item *deciſiones aureæ,* Item *de arbitrariis confeſſariorum,* Item *de caſibus reſervatis.*

Jacobi Sbrozzij *tract. de Vicario Epiſcopi.*

Jacobi Simancha *Inſtitutiones Catholicæ,* Item *praxis hæreſeos.*

Ildelphonſi Perez de Lara *de anniverſariis &c. capellaniis.*

Joan. Baptiſta Caſalius *de Urbis, & Imperij Romani ſplendore, cap.*21. Cui opinioni R.P.D. Antoninus Diana Clericus Regularis eruditiſſimè, & doctiſſimè ipſe primum reſpondit, eámque, ut errorem impugnavit in lib. cui titulus, *De primatu ſolius D. Petri,* cujus Authoris doctrina ex tot voluminibus moralis Theologiæ per ipſum impreſſis, ego ſemper ſum admiratus & veneratus, ut etiam reſponſa quæ ab ipſo velut oracula continuò proveniunt ſuper urgentiſſimas Chriſtiani orbis difficultates.

Joannes Baptiſta Ciarlinus *Controv. Forenſ. judic. tom.*2. *cap.*198. *num.*3. & 30. Verum contra me inſurgit doctiſſimus Diana adducens multa argumenta, quibus conſideratis admiratus ſum viri ingenium, & eruditionem, & non potui non laudare ejus ſubtiles, & doctas conſiderationes: non adhuc multa argumenta ad meam tuendam ſententiam, quam exiſtimo veram, non ut impugnem opinionem P. Dianæ, cujus authoritatem, & ſcientiam ſcio eſſe magnam, & tanquam virum inſignem in morali Theolog. colo, & admiror, & credo ejus ſententiam eſſe probabilem, & ideo omnis diſputationis cauſam eſſe volo.

Joannes Baptiſta Larrea *in alleg. Fiſcali cap.*2. *alleg.*114. *n.*16. & 21. Principes aliquos cives tradere poteſt, & periculo vitæ exponere pro tutamine aliorum. Tradit Divus Thomas. Quod comprobat doctiſſimus P. Diana.

Idem *in allegat. Fiſcal. tom.*2. *allegat.*115. *num.*30. Addenda ſunt plura, quæ ex Reverendo, & docto P. Diana notavimus.

Idem *ibidem, num.*33. Poteſt conſuetudo iſtam reddere ultimæ voluntatis derogationem, Gloſſa, Sanchez, Farinacius, Gutierrez, & Doctiſſimus P. Diana.

Joannes Baptiſta Lezana *in Sum. qq. Regul. tom.*4. *verb. libri, num.*50. Quid verò ſentiendum *de elect. aliorum libr.* de quibus non fit ſermo in Bulla Cœnæ, conſulendus eſt inſignis Author Antoninus Diana.

Idem *ibidem, verb. Litaniæ, num.*7. Nota quod celebris Author P. Diana oppoſitum probabile putat eſſe.

Idem *in Conſultis variis, conſ.*35. *n.*16. Ea quæ dixi etiam approbat ſapientiſſimus Pater Diana aliis relatis.

Idem *ibidem, conſul.*26. *num.*29. Adhæſit autem huic ſententiæ ſapientiſſimus P.Diana.

Joannes Baptiſta Ventriglio *in Praxi Fori Eccleſiaſtici. Annotat.*88. §. *unico, num.* 37. Hoc tenet Diana. *in* 3. *part.* Sed pace tanti viri, contrarium videtur verius, & in ſexta parte noſtræ opinioni adhæret.

Joannes Caramvel *in Theolog. Regul. edita Francofurti* 1546. *diſp.*6. *num.*53. B.C.D. Sunt Authores aliqui, quorum unus multis aliis prævalet, ut ſunt Lorca, Vaſquez, Suarez Pontius, & Angelus Man-

ſquez. Hos litteratum Principes, nullius injuria nominaverim: Leſſium, Thomam, & Joannem Sanchezios, & præcipuè Dianam, & ſi quos alios æquales ipſis videris illis adnumera, & ſine aliquo ſcrupulo ſequitur contra quoſlibet alios Doctores.

Idem *ibid. diſp.69. n.*1053. Ingenium Dianæ viri Doctiſſimi veneror, ejus induſtria multas opiniones evaſiſſe probabiles, quæ antea non erant, aſſero, vocoque invidum, qui non confirmet.

Idem *ibidem, diſp.66. concl.*14. *num.*1017. *fol.*196. Ita docuerunt Vaſquez, Pontius, & Diana: ubi nota, illos fuiſſe ex maximis, ita ut ſecuriſſimè ſequi poſſis, Dianam diligentia, & ſtudium etiam magnis adſcripſit, & forte illi plus debet Eccleſia, plus ethica Chriſtiana, quàm aliis plura alia ſcripſit Caramvel de ſuprà dicto Diana, ut videre eſt in Epiſtola impreſſa in principio ſuæ Theologiæ Regularis, & in alia Epiſt. impreſſa in principio ſuæ Theologiæ fundamentalis.

Joannes de Dicaſtillo Societatis Ieſu in Delingana univerſitate Cancellarij *de Sacram.*1. *tract.*4. *diſp.*10. *dub.*5. *num.*110. Ecce Diana ſibi contrarius eſt, id tamen, (quod illi non ſemel contigit) non repræhenſione, ſed gratiarum actione dignum eſt, nempe vir pro communi bono laborans, & communi utilitati ſerviens, plurima electione dives, & copioſius pro occurrenti conſultantium, & quærentium neceſſitate, aut etiam deſiderio, jam huic, jam illi parti adhæret, quando pars utraque probabili ratione, & doctorum virorum authoritate nititur, & in praxi utrumvis operari tutum eſt, voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipſum finem, quid in una quid in alia occaſione reſponderit quærentibus. Quid quæſo, utilius pro praxi? Hæc obiter dixerim, ut faceſſere jubeam neſcio, quos invidos, qui hæc, etſi quæ ſunt ſimilia, erudito viro non verentur objicere.

Idem *ibidem diſp.*11. *dubit.*6. *num.*111. Alij paulò ſtrictius, Alij paulo latius videntur locuti, maximè ij qui pro reipublicæ literariæ bono in congregandis authoribus pro quavis ſententia deſudant non ſine magno fructu, & digniſſimi ſunt quibus gratias agamus, iis ſi non primum certè nemini ſecundum locum tenet Diana.
